minis eſt, poſſe hinnire, ꝓprium equi. Acute quidē ſcribunt dialectici, ſignificari ꝓprio magis ꝓpenſionem rerum ad opera propria, quam ipſa opera. Nam vt naturæ hominis ſemꝑ, ac ꝓprie conuenit poſſe loqui, ita nō eſt neceſſe ſemper loqui. Proprij cognatio tanta eſt cū differentia, vt pro ea fere ſemper vſurpetur. Non fuit omino deſerenda ſcholarū cōſuetudo, alioqui relicta proprij ratiōe, ipſum differentijs miſcuiſſem. Cæterū, inter ꝓpriū ac differētiam hoc intereſſe dicunt, ꝙ differentia ſignificet rei partē, ꝓpriū vero ꝓpenſionē ad opus, vt intellectuale ſignificat partē homis, ſcz intellectū. poſſe loq, propenſionē genuinam ad loquendum.

Nullæ prorſus differētiæ ſunt quas nō apti⁹ ꝓprij ratione cōprehenderis.

¶ Accidens, eſt vocabulū ſignificans rem aduenticiam, vt albedo, res aduenticia eſt corpori, quod iā albeſcit, iam nigreſcit.

FRVCTVS QVINQVE VOCVM

Fructus quinque vocum.

¶ Hactenus de quinqꝫ vocibus, quas prædicabilia hodie vocant ſcholæ, diximus, quib. diſcrimina vocum cōprehendūtur. Necꝫ enī in diſſerendo parum refert ſcire quæ vox altera latius euagetur, vt animal homine. Deinde refert, ſcire, quę vox cum qua cognata ſit, vt in definiendo, quæ cui cōnecti poſſit, intelligas. Propterea prædicabilia vocari crediderim, ꝙ doceat, quæ voces, cum quib. cognatæ ſint, hoc eſt, quæ de alijs commode vereꝗ dici poſſint.

REGVLA.

¶ Indiuiduū, Species, Differentia, Propriū, Gen⁹ voces cognatæ ſunt, neceſſarioꝗ cohæret, vt infra docebo, vt Virgilius eſt homo. Homo eſt ītellectuale animal. Homo poteſt loqui. Accidens nō eſt cū his cognatū, nec cohæret cū eis neceſſario, vt Virgili⁹ eſt poeta. Iam cohærere impoſſibile eſt diuerſas differētias, item diuerſas ſpecies, vt hoīem & aſi-

Quę voces cū quib. cōueniāt vide infra de Axiomate.

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT ARCHIV KAMENZ